


133

D A G O B E R T I R E G I S

& vt reor, viginti & septem villarum nomina  
inibi inserta inueniet.

C A P V T T R I G E S I M V M S E P T I M V M

*De exercitu, quem in VVasconiam  
transmisit.*

 Nno denique quarto decimo (d) re-  
gni sui, cum Wascones (e) fortiter  
rebellarent, & multas deprædationes  
in regno Francorum, quod Hairbertus tenuer-  
at, facerent. Dagobertus rex de vniuerso re-  
gno Burgundiæ exercitum promoueri iubet,  
statuens in capite Adonidum referenda-  
rium,

*Subscriptiones enormibus mendis variis exemplis pro-  
bat Henschenius de tribus Dagobertis s. VIII p. 43.  
vti etiam Ioannes Mabillonus de re diplomatica libro  
sexto multa adducit, quæ ad illud spectant.*

(d) quarto decimo ] Concordat Aimoinus IV c.  
XXVIII. Fredegarius c. LXXVIII habet tertio de-  
cimo.

(e) Wascones ] gens erat, cuius sedes sub monti-  
bus Pyrenæis, ad Hispanos spectans.